

Intoleran-
dus quo-
rumdam
abusus.

vt naturalis ratio aperte conuincit. His addo quod nuper comperi, Parochos quosdam non solum a presentibus, sed ab iis etiam, qui Sacro non interfuerunt, aut in illo non obtulerunt, stas oblationes, diuersa quantitates designatione, per ministros ad id designatos exigere. In quo se consuetudine tuerentur: sed cum illa rationabilis non sit, & iuxta dicta penitus explodenda: diuini iudicij formidanda districtio, dum sic pauperculi a suis pastoribus opprimuntur. Nec plura de priuilegijs circa Ecclesie Præcepta.

CAPVT XX.

De priuilegijs Indorum circa dispensationes in votis.

Facultas
dispensandi
in voto
Castitatis.

Innocen-
tius X.

Adnotatio
Compendij.

Aliqualia
inacria
perpetua-
tis.

460 IN Bullis recentiorum Pontificum dispensandi facultas illa conceditur, quam Innocentius X. cuius modo concessio viget, in Breui, quod incipit, Animarum saluti, die 1. Martij An. 1649. his verbis expressit: postremo illud Presbyteris ad Præposito Generali, & dicta Societate deputandis, vt in prædictis regionibus, prouincijs, & locis, in quibus similiter fideles cum infidelibus viuunt, & non adsum Ordinarij, qui huiusmodi facultate habeant, qui dissent ultra duas diætas, cum Neophytis, alijsque ad fidem reductis, ex rationabili causa, & legitima, super voto castitatis, non tamen solemniquomodolibet, etiam per Ordinis sacri susceptionem, vel Professionis Regularis in Religione per Sedem Apostolicam approbatâ emissionem facto. Sic ille. Amplior autem concessio facta fuerat à Gregorio XIII. quæ habetur in Compendio Indico verb. Dispenſatio §. 4. ad dispensandum scilicet in foro conscientie cum Neophytis, & alijs ibidem commorantibus super voto castitatis non solemnij. Non ergo ad Neophytos tantum, sed omnes Indiarum incolas talis facultas protenditur, neque vlla est Ordinariorum distantia requisita. Additur autem hic in Adnotatione: Hac facultate vti poterunt Prouinciales, & ij, quibus eam ipsi commiserint. Quibus videtur innui facultatem huiusmodi etiam nunc vigere, cum tamen temporalis fuerit, & vsque ad Ann. 1589. tantum extendi ibidem asseratur. Constat autem Compendium post annos plures editum à fine dictæ concessiohis. Ex quo erunt qui firmare contendant Positionem illam de duratione priuilegiorum etiam temporalium, de qua Cap. 3. Nam si priuilegium tale, sicut & alia similiter concessa, iam penitus ob lapsum concessiohis tempus virtute omni carebant, ad quid illa in Compendio proposita, aut quomodo stat, quod illis vti Prouinciales per se, & eos, quibus ipsi commiserint? Sed de hoc dictum aliàs quod videtur certum: si quis autem secus sentiat, in suo, quod non semel admonui, sensu poterit abundare. Non omitam autem id ex quo roborari sententia illa potest, & habetur in eodem Compendio verb. Indulgentia §. 2. vbi cum quædam apponatur Indulgentia, sic ad marginem dicitur: Expirant, ponitur tamen vt prorogetur. Sic ibi. Cum ergo nihil tale in priuilegio dicto, sicut neque in alijs, dicatur, signum esse videtur durationis.

461 Ad certa veniendo, priuilegium Innocentij circa Neophytos clarum est. Quinam autem Neophytorum nomine veniant, satis est notum: pro quo videnda quæ diximus num. 443. Sed non ita quinam præter Neophytos dicantur ad fidem reducti: quicumque liquidem ad fidem reducti in Indijs videntur esse Neophyti. Ad quod dico Neophytorum nomine eos intelligi, qui ex Gentilitate conuersi sunt: præter quos cum sint alij in Oceani Indijs, de quibus Pontifex loquitur Schismatici, & sub Christiano nomine graues circa fidem errores amplexi, ad eos priuilegium extenditur, cum ad fidem reducuntur. Videtur autem sine priuilegio stare posse huiusmodi dispensationem; eò quod licet prædictum votum videatur totale & absolutum, semper tamen imperfectum manet ratione capacitatis eorum, qui ex Indijs illud emiserunt. Sic enim multi Doctores affirmant Episcopum posse dispensare in voto castitatis ex animi perturbatione emisso, quando vouens est iuuenis, vel suspectus: vt videri potest apud P. Thomam Sancium Lib. 8. de Matrimonio Disputat. 9. num. 24. Atqui Indi ob defectum capacitatis possunt dictis exæquari. Quod autem ad suspicionem atinet non seruandi votum, quod Doctores communiter dicunt periculum incontinentiæ, id pro certa regula statuit P. Sancius in Opere morali Lib. 4. Cap. 40. num. 32. & 34. & respectu Indorum est quàm verissimum, & pro alijs non inuerosimilia, iuxta graues Scriptores asserentes Episcopum posse in votis referuatis Pontifici dispensare, cum ille adiri non potest: vt in Indijs accidit, vbi semper est periculum in mora. Sic illi, quos adducit & sequitur Diana Parte 1. Tractatu 8. Resolut. 5. & 6. circa finem: vbi tamen contra Croulers & Pasqualigum affirmat id non licere virtute Cruciatæ. Sed illi certè non videntur improbabiler locuti. Potestatem autem talem in Episcopis esse Ordinarium, tenet P. Suarez, P. Sancius, Felinus, Couarrubias, & Basilus Ponticius, quos idem Auctor adducit Parte 8. Tract. 3. Resolut. 12. quia competit ratione officij, & est perpetua. Votum ergo castitatis imperfectum non est Pontifici referuatum. Ex quo colligitur non contemnendi Doctores posse à Religiosis in eo dispensari: cum possint in omnibus, quæ non sunt Pontifici referuata. Et ita P. Sancius numer. 34. citato. cum illis ait, iure optimo credi posse non esse Pontificis mentem velle in tali casu referuare sibi hæc vota: neque esse verosimile, velle illam vt animæ laqueis irretitæ versentur in tanto periculo. Sic ille de castitatis voto locutus cum alijs, quos allegat, referens se ad ea, quæ cum pluribus docuerat Disput. 9. titat. 3. num. 22. Religiosos autem virtute priuilegiorum posse dispensare in votis, quæ non sunt Sedi Apostolicæ referuata, res est manifesta, vnde & circa votum prædictum, quod imperfectum est, & ratione distantie, poterunt cum Indijs dictam facultatem exercere.

462 Sed occurrit P. Sancius Cap. 43. citati libri num. 7. dicens Religiosos quidem posse dispensare quando votum castitatis, sicut & alia referuata, ob aliquam circumstantiam deficiunt à ratione veri voti referuati, & materiâ eius, vt guntur sunt conditionalia, partialia, temporalia et si se-

Neophyti,
& reducti,
vt distincti.

Sine priuilegio
videtur
validam
esse dispensationem,
ex communi
doctrina
circa illa,
quia im-
perfectum
votum, &
ratione pe-
riculi.

Et ratio-
ne distantie.

Nec solus
ab Episco-
pis, sed à
Religiosis.

P. Sancius
id negans
sua doctrina
efficaciter
redarguitur.

In omnibus
votis, de
quibus agitur,
eamdem esse
rationem.

Pergit pro-
batio.

P. Sancius.

Idem.

Facultas
dispensandi
late interpretanda.

cus autem quando verè referuata sunt, & materia est capax referuatiõis: ratione autem solius necessitatis ius est Episcopo dispensandi. Et tale esse existimat votum castitatis, quando solum ob periculum incontinentiæ ab Episcopo in illo dispensatur. Sed quidem doctrina hæc, quæ & aliorum est, nullo modo videtur sibi coherere: in omnibus enim eadem ratio est, & ita vel in omnibus dispensatio licet, vel in nullo. Quod eadem sit, constat ex ijs, quæ habet citatus Pater num. 7. vbi ex eo probat dispensationem licere in illis prioribus, quia Pontifex generaliter concedit facultatem dispensandi in votis Episcopo referuatis; id est, in quibus iure ordinario id licet: atqui in illis casibus possunt iure Ordinario Episcopi, eo quod referuatio non intelligatur in ipsis: ergo & poterunt Religiosi. Præterea, quia ratione solius referuatiõis hæc vota indigent speciali mentione, vt concessa intelligantur, quod probat ipse Cap. 40. num. 16. Cum ergo in his casibus non censetur eorum dispensatio referuata, non eã indigent, sed clauduntur in generali concessione, & indefinita. Sic ille arguit.

463 Quis autem non videat fundamenta dicta pro casu, de quo loquimur, pariter militare? Nam talia vota non esse referuata affirmat idem Pater num. 34. citato, verbis illis: Iure optimo credi potest non esse Pontificis mentem velle in tali casu referuare sibi hæc vota. Sic ille. Si ergo non sunt referuata, & quæ talia sunt, dispensari à Religiosis possunt, sub generali veniunt concessione. Cum ergo referuata non sunt, non video quo pacto dici queat esse referuata, vt asserit idem Pater numer. 7. citato. & sic non iure Ordinario dispensationem competere Episcopo, sed tantum per accidens ratione necessitatis. Quod virgeo ex eo quod addit numer. 34. & à nobis est numer. 461. iam datum: Non esse verosimile velle Pontificem vt animæ laqueis irretitæ versentur in tanto periculo. Tunc sic. Ex ea ratione talia vota referuata non sunt: atqui Episcopo ex officio competit animas irretitas laqueis, quibus in damnationis versantur periculo, ab eisdem extricare, & ea facultas perpetua est: ergo & Ordinaria; sic enim facultas Ordinaria definitur soler. Quod si dicas Pontificem potuisse dispensationem talem sibi referuare, & ita non esse Episcoporum muneris coherentem. Contra est: nam ex eo sequitur non licere absolute, neque iure Ordinario, neque per accidens, in eisdem dispensare. Quibus addi potest beneficium Principis esse ample interpretandum, & præsertim illud, per quod facultas dispensandi conceditur, vt aliàs diximus, & probat post alios Diana Parte 8. Tract. 3. Resolut. 42. cum P. Amico. Tomo 5. Disputat. 6. Sect. 2. num. 21. & seqq. Stunica de Voto Quest. 6. num. 57. & alijs. Neque vllus in eo fusior ipso P. Sancio Lib. 8. de Matrimonio, Disputat. 2. Cum ergo priuilegium concessum Religiosis pro votis non referuatis sit, & vota, de quibus loquimur, referuata non sint, etiam si dicamus modum referuatiõis esse diuersum, ad illa est talis extendenda facultas, quandoquidem hic nulla earum exceptionum currit, quas Auctores apponunt, dum dicunt facultatem dispensandi esse ample interpretandam, vt videri apud citatos potest, & apud alios, qui in speciali de voto castitatis lo-

quantur, vt Croulers in Regulam S. Francisci Cap. 7. Sect. 29. quem adducit Diana suis verbis loquentem Parte 6. Tract. 6. Resolut. 50. licet sententiam contrariam vt communiorem præferat. Eligius Bassæus verb. Votum 7. num. 29. vbi ait sententiam P. Croulers satis sibi placere, quia Ann. 1629. in Consistorio sacre Congregationis Illustrissimorum Cardinalium visa & tolerata est. Pro quo & faciunt quæ adducit P. Quintanad Tomo 2. Tract. 6. Singul. 12. numer. 15. & seqq. quidquid dixerit Tomo 1. Tract. 9. Singul. 1. num. 6.

464 In casu præterea nostro specialiter obseruandum est votum non ideò tantum debere non referuatum censeri, quia difficilis est aditus Pontificis, & periculum in mora, manente integrâ voti substantiâ, & perfectâ in tuo genere, sed quia reuera talis non est, sed imperfecta, ex speciali modo vouendi; ad eum modum, quo votum pœnale non est referuatum, quod de voto castitatis loquentes tenent Doctores, quos adducit & sequitur Bassæus supra numer. 22. eo quod affectus non videatur directè ferri in castitatem, & ita ex eo capite imperfectum sit. Quod amplius explicat & confirmat Pater Palaus Tomo 3. Tract. 15. de voto, Disput. 2. Punbo 12. num. 13. vbi de votis etiam conditionalibus loquitur, quantumuis impletâ conditione, ex quo etiam argui potest. Atqui vota Indorum imperfecta sunt quoad substantiam ipsam, vt constat, quia eorum discursus circa obligationem, quam subeunt, valde superficialis est, & circa præsentia occupati, de futuris euentibus tenuiter philosophantur: ergo non debent censeri referuata. Pro quo est id, quod habet P. Bauny Tomo 1. Tract. 8. Quest. 13. §. His ex causis, vbi ita scribit: Enimvero habet votum ab inaduertentia, vt vim eius remittere possit Episcopus. At est animo infra lenitas, magnum & efficax argumentum animi male compositi, nec satis aduertentis ad ea, quæ mouit: ergo cum de ea constare possit Episcopo, quin eum, qui sic imprudenter votorum vincula sibi iniicit, libertate donare possit, non video. Sic ille. Quis autem non videat Indos leuitate huiusmodi laborare? Vnde in Religionem non admittuntur nisi Oblati; quo in statu perseuerant pauci. Iam ergo cum fateantur Auctores in votis, quæ imperfecta sunt modis dictis, Episcopos dispensare posse, & consequenter Religiosos, quia verè referuata non sunt, circa vota Indorum idem præstari posse, non licet in dubiū reuocare. Immo quæ adducta sunt non solum de Indijs probant, sed etiam de alijs, quando in illis similes circumstantiæ concurrunt: Doctores enim, quos adduximus, non de Indijs, sed generaliter sunt locuti.

465 Ex quo fit non esse necessarium ad prædictam dispensationem, vt Episcopos distet ultra duas diætas, sicut in priuilegio præscribitur: nam priuilegium generale talem limitationem non continet. Quod dicendum similiter etiam si Episcopis sit aliqua specialis dispensandi facultas concessa, vt habetur in ijs, de quibus aliàs mentionem fecimus, quæ Episcopis Indiarum eas petentibus cum limitatione temporis conceduntur, ex quibus quarta sic habet: Dispensandi, & commutandi vota simplicia in alia pia opera, & dispensandi ex rationabili causa in votis simplicibus castitatis, tur.

Peculiaris
pro sententia
auctoritas.

Vis peculiaris
fit in
ratione
voti im-
perfecti, &
ex pœnali
arguitur.

P. Bauny.

Episcopi
distantiam
non requiri,
etiam si
habeant
specialem
facultatem.

Qualis ea,
quæ refer-

An sit Religioſis cõ-
muniſis, ſicut
aliæ pariter
conceſſæ.

Religionis. Circa quam, & alias facultates pa-
riter conceſſas dubitari poteſt, an Religioſis de-
beant etiam conceſſæ reputari, quando per illas
aliquid indulgetur, cuius diſpenſatio eſt Pontifici
reſeruata. Et iuxta ea, quæ dicta ſunt, num. 463.
videtur id verofimile: quia priuilegium Religioſo-
rum pro non reſeruatis Pontifici ſuffragatur:
atque ea, quæ à Pontifice Episcopis conceduntur,
iam reſeruata non ſunt: ergo diſpenſatio virtute
priuilegiorum licet. Quòd ſi dicatur intelligi de
non reſeruatis, quæ Episcopis iure Ordinario li-
cent, & ita ex vi officij, & perpetuò; in contra-
rium eſt priuilegium debere amplè interpretari,
cùm præſertim de ſalute animarum agatur, &
ij, qui miniſterijs ad earum bonum ſpectantibus
ordinariè attendunt, valde indigent vſu talium
facultatum, nec ſemper facilis eſt ad Episcopum
reſeruitus: eſt ergo verofimilis ampliatio. Quæ
quidem cum ea eſt reſtrictio intelligenda, vt
Religioſi, qui intra diocceſim ſunt Episcopi tales
facultates habentis, illis vt poſſint in foro con-
ſcientiæ, non ita alij: quia vt §. 29. earundem
facultatum habetur, illarum vſus tantum licet in
ciuitate, & diocceſi, quibus Episcopus præſidet.
Si ergo Episcopis intra diocceſim tantum licet,
idem de Religioſis potiori eſt ratione dicendum,
quibus ſit indirecta conceſſio.

CAPVT XXI.

De Priuilegijs circa petitionem coniu-
galis debiti.

Priuilegiũ
Pij V. circa
diſpenſatio-
nem in pe-
titione de-
biti.

466. **E**Xtat pro eo priuilegium in Com-
pendio communi verb. *Diſpenſatio*,
§. 9. quod ſic habet: *Poſſunt noſtri*
Confellarij, ſi ſint viri docti, & iuxta formam Concilij
Tridentini approbati, ex commiſſione Prouincialis diſ-
penſare ad petendum debitum cum his, qui poſt votum
ſimplex caſtitaris matrimonium contraxerunt. Conceſſit
Pius V. Franciſcanis 26. Octob. An. 1569. vt in Ma-
nuscriptis fol. 79. Adnotatio ſic habet: Commu-
nucatur ijs, quibus & præcedens gratia fuit communi-
cata, admonito Pœnitente, vt ſi coniugi ſuperuiuat,
votum ſeruet. Gratia autem præcedens §. inquam
8. idem concedit circa eos, qui conſanguineum vel
conſanguineam ſui coniugis poſt matrimonium carnali-
ter cognouerunt. Et eſt eiudem Pontificis eiſdem
conceſſa die 27. Septembr. 1569. circa quam Ad-
notatio ſequens: Facultas hæc conceditur Prouincia-
libus, & alijs Confellarijs, quibus ipſe per ſe, vel per alios
eam commiſſerint, admonito Pœnitente, vt ſi coniugi ſit
ſuperſtes, iterum ne contrahat abſque diſpenſatione im-
pedimenta inueſtus impediens, ſi eo loco voluerit con-
trahere, vbi illud non fuerit conſuetudine legitime ab-
rogatum. Sicibi. Omnes ergo à Prouincialibus
approbati, quibus ipſi vſum facultatis dictæ com-
miſerint, viri docti reputandi ſunt. Et certè non
maior doctrinæ ſuppelleæ neceſſaria videtur,
quàm ea, quæ ſufficiens eſt vt quis poſſit Con-
fellarij munus competenter exercere, & ita qui-
dem in Confellarijs Societatis euenit generaliter
loquendo: quod quia alibi forſitan non ita eue-
nit, quia multi inuis ad hæc ſufficientes, Chori
tamen miniſterio apti, frequenter ordinantur,
conuenienter eſt à Pontifice requiſitum. Vi-

Adnotatio
Compendij.

Adnotatio
aliæ.

Conditio
vt ſint viri
docti, quo-
modo intel-
ligentiæ.

deantur quæ ex Portel, Villalobos, Franciſcanis
Auctoribus, & aliis adducit Diana Parte 2. Tract.
16. Reſolut. 29. qui tamen Parte 3. Tractat. 12. Re-
ſolut. 14. §. *Notandum*, ait conſtare ſibi quòd in
Societate **I E S V** hæc facultas committitur à
Prouincialibus particularibus perſonis, & non
omnibus Confellariis. Quod ita eſt.

467. Sed pro Indiis habetur priuilegium
amplius in Compendio Indico. verb. *Diſpenſatio*,
§. 3. tenoris ſequentis: *Poſſunt Noſtri in foro con-*
ſcientiæ in Indiã diſpenſare in petitione debiti, quando
ratione voti caſtitaris, vel alia ex cauſa prohibetur
alter coniugum de iure debitum petere. Pius V. die 4.
Januarij, Ann. Domini 1569. ad decennium. Deinde
verò Gregorius XIII. ad aliud decennium, vt patet ex
viuæ vocis Oraculis Pag. 60. & 86. Eſtque amplior fa-
cultas quàm quæ habetur in Compendio communi. Sic
ibi. In Adnotatione autem ſic dicitur: Hæc con-
ceditur omnibus ſuperioribus, & quibus eam ipſi commu-
nicauerint. Nemo tamen ea videtur niſi admonito Pœ-
nitente, vt ſi coniugi ſuperuiuat, votum ſeruet. Sicibi.
Vbi de maiori amplitudine conſtat: quia in pri-
mis non petitur vt diſpenſantur ſint viri docti;
ſufficit ergo quod circa hoc eſt dictum *numer.*
præced. Deinde. Non eſt tantum ad diſpenſan-
dum quando ratione voti caſtitaris prohibetur
alter coniugum debitum petere, ſed quando pro-
hibitio ſuperuenit quacumque ex cauſa. Præ-
terea, non eſt ad diſpenſandum ſolum quando
poſt votum caſtitaris matrimonium eſt contra-
ctum, ſed etiam quando votum caſtitaris eſt emiſ-
ſum ante contractum illud.

Priuilegiũ
Indicum
amplius.

Ampliatio
explicata.

Quid am-
pliatio
videatur
obſtare.

Votum ex
communi
conſenſu
coniugum
factum, eſt
reſeruatum.

Oppoſitum
probabile.
Vbi quomo-
do intelli-
gendi Au-
ctores circa
hoc loquen-
tes.

Posterius
priuilegiũ
in daret,
vbi pro
parte affir-
matiuæ
quid faciat

ſed & abſolutè tenet ſine vlla limitatione P.
Sà Verb. *Debitum coniugale*, numer. 2. Roſella,
Angelus, & Maior apud P. Leſſium ſupra. §.
Aduerſe.

469. Poſteriori autem adducto priuilegio
obuia occurrit obiectio ex lapſu temporis, quo
iam vim omnem conſtat amiſſiſſe. Sed pro dura-
tione videntur Adnotationes vrgerè, quando-
quidem poſt lapſum temporis in eis dicitur: *Com-*
municatur, Conceditur. Circa quod idem dicen-
dum, quod circa priuilegium aliud dictum num.
460. Quòd ſi probable ſit priuilegium ratione
conceſſionis Pij V. ſecundum ſe conſideratæ, vim
poſſe retinere, non illi obſtabit Gregorij XIII.
conceſſio viæ vocis Oraculo, quia vtile per inu-
tile non vitatur, vt eſt receptiſſima Iuris Regula.
Et quod ex duplici titulo in ſolidum licet, eorum
vno deſiciente, non deficit. Et in caſu, de quo
loquitur, communiter tradunt Doctores: pro
quo eſt eruditus labor Cardinalis Lugo in Opul-
culo de viæ vocis Oraculis circa Compendium
commune Societatis, offendentis multa, quæ per
viæ vocis Oracula fuerant conceſſa, in ſuo robo-
re poſt reuocationem permanere, quia alias per
Bullas conceſſa eſſe comprobantur. Quòd au-
tem obſtat illi idem quod conceſſioni Gregorij,
tenet P. Quintana *Singulari* 2. citato num. 6. dicens
 fuiſſe etiam viæ vocis Oraculum, & idem tenet
 citatus Cardinalis. Verb. *Diſpenſatio*, §. 9.

Quid ob-
ſtat.

Priuilegiũ
certum in-
quiritur.

Quoddam
Iulij II. pro-
ponitur.

Pro eo qui
ſent Au-
ctores.

Quod eorũ
fundamen-
tum.

470. Ad maiorem ergo certitudinem ſtabi-
liendam inquirendum reſtat an priuilegium aliud
ſuppetat, virtute cuius poſſit diſpenſatio talis cum
amplitude dicta à Religioſis impendi. Et com-
muniter affirmant ſcriptores, vt videri poteſt
apud P. Quintanam *Singulari* 3. licet plures ex il-
lis ante reuocationem Oraculorum ſcripſerint:
vnde opus eſt Bullam aliquam querere, in qua
conceſſio talis habeatur, & producat priuile-
gium Iulij II. conceſſum PP. Benedicctiniſ Valli-
ſoletanæ Congregationis, de quo teſtimonium
perhibet Cardinalis Ludouicus Tituli S. Mar-
celli, ſummus Pœnitentiarius, vt *Monachi prædicti*
coniugatos, qui poſt contractum matrimonium conſan-
guineas vxorum ſuarum cognouerunt; vel vxores, quæ
à conſanguineis virorum ſuorum ſe carnaliter cognoviſſe
permiſerunt, à talibus exceſſibus abſoluere, & eis pœni-
tentiam ſalutarem inuogere, nec non eis, & eorum
quolibet, vt non obſtante aſſiſtente ſuperueniente, debi-
tum coniugale reddere & exigere valeant, diſpenſare
liberè & licitè poſſint & valeant, perpetuò declaramus.
Sic citatus Cardinalis. Qui tamen cum in eadem
declaratione affirmet viæ vocis Oraculo à Pon-
tificæ accepto mandato ſe eam facere, videtur de-
fectu conceſſionum aliarum laborare. Nihilomi-
nùs ad firmendam illam facit in primis auctoritas
eorum, qui ita ſentiunt, & videri poſſunt apud P.
Quintanam ſupra: *Singulari* 2. pro quo & ipſe
Singul. 3. & præterea P. Pellizarius *Tract.* 8. num.
274. vbi ait ita ſenſiſſe Cardinalem Lugo de hoc
interrogatum, pro quo & videndus ille in Opul-
culo citato verb. *eodem* circa. §. 6. vbi id doctè
probat. Diana Parte 3. *Tractatu* 2. *Reſolut.* 13. &
Parte 6. *Tractatu* 8. *Reſolut.* 32. Thomas Hurtadus
Tract. 12. num. 1197. & alij apud ipſum.

471. Ratio autem quare ita exiſtimari de-
beat, ex eo deſumitur, quia talis conceſſio non
eſt tantum Oraculum, ſed Breue ſummi Pœni-
ſed

tentarij de mandato Pontificis expeditum, vt ex
tenore ipſius conſtat, verbis illis: *Nos igitur an-*
thoritate D. N. Pape, cuius Pœnitentiariæ curam ge-
rimus, ac de eius ſpeciali ac expreſſo mandato, &c. Si
autem Urbani Oracula reuocantis verborum for-
mam attendamus, non videntur ad conceſſiones
huiusmodi referendæ, ſic enim ille: *Conceſſiones*
& gratias viæ vocis Oraculo, etiam à S. R. E. Car-
dinalibus obtentas, & ipſorum manu firmatas, &c. Et
inferius: *Omnia & ſingula priuilegia, facultates, &c.*
Cardinalium quorumcumque manu firmata, &c. Eſt
enim valde diuerſa ratio in Breuib; Apoſtolicæ
auctoritate, ac de illius mandato, à Cardinalibus
officium aliquod ſupremum exercitentibus, expe-
ditis; quia in illis multum eſt inſuper præter ſub-
ſcriptionem & preces. Pro quo videndus cita-
tus Hurtadus num. 1177. Addo aliquid hoc loco
ſpeciale: rationem ſcilicet, propter quam Pon-
tiffex Oracula Cardinalium firmatæ manu cenſuit
reuocanda, quia ſcilicet ſepe ab ijs, in quorum ſa-
uorem emanarunt, minus Canonice interpretatione
extendi, & perperam in diſciplinæ Eccleſiaſtica detri-
mentum executioni demandari conperum eſt. Quod
quidem in caſu præſenti non euenit, quia con-
ceſſio ſupra rem cadit noſſiſſimam, & pro qua va-
riæ conceſſiones Pontificum præceſſerunt, vt
teſtatur P. Leſſius num. 126. citato. Eſt etiam pro
eodem poteſtas Episcoporum, & ita de minus
Canonice interpretatione nulla debet eſſe ſuſpi-
cio, ſicut neque de diſciplinæ Eccleſiaſtica detri-
mento.

Illius tenor.

Et Bulla
reuocato-
ria Oracu-
lorum.

Item eiusde
ex quo ar-
guitur.

472. Addit autem Cardinalis Lugo limita-
tiones quaſdam, vt vſus priuilegij citati licitus eſſe
poſſit; ſcilicet debere à Superioribus localibus
Monafteriorum tres aut quatuor Religioſos, in
qualibet domo deputari, qui ad nutum eorum-
dem Superiorum ſint amobiles, & dicta con-
ceſſione vtantur in propria Eccleſiã aut domo.
Quod etiam obſeruat Diana *Reſol.* 32. citatæ, cum
Lezanã, quam adducit ſic concludens: *Vnde ex his*
Confellarij Regulares cauè procedant in diſpenſando
ſuper petitione debiti inter vxoratos, &c. Cenſet au-
tem ille non ſufficere generalem conceſſionem
audiendi Confelliones, ſed requiri ſpeciale de-
putationem; & mortuo Superiore vel amoto,
ceſſare designationem, quia eſt ad nutum conce-
dentis reuocabilis. Item, diſpenſationem debere
fieri in Sacramento Confellionis, & non extra,
ſicut in Eccleſiis, & domibus Religioſorum, &
non extra illas. Sed alij ſine limitatione aliqua
diſpenſandi facultatem admittunt, vt teſtatur Io-
annes Suarez in *Enchiridio Caſuum conſcientiæ*
Lib. 5. verb. Debitum coniugale. §. Inceſſuſus coniug.
Et videri etiam poteſt in multis ex obuiis Aucto-
ribus, ac iuxta eorum mentem in P. Quintanad.
ſupra, Singul. 4. Sed cum tenor priuilegij ſic exi-
gere videatur, cum diſtinctione loquendum, ſci-
licet non ſufficere ſolam approbationem & li-
centiam ad audiendas Confelliones: ſed ne-
que neceſſariam eſſe ſpecialem illam designatio-
nem aliquorum, ſcilicet que eſt ſpeciale conceſ-
ſionem. Reliqua autem non videntur neceſſaria,
ſcilicet diſpenſationem fieri in Eccleſiã aut domo
proprijs Regularium, cum multoties magis ne-
ceſſaria ſit extra illas, vt in Miſſionibus. Neque
item vt fiat in Sacramento Confellionis, quod
generaliter loquendo de facultate Religioſorum
sed

Limitatio-
nes circa
uſum ab
aliquibus
adite.

Quas alij
omittunt.

Cum di-
ſtinctione
reſoluitur.